

3177

## LITURGICI.

3178

Passionem Christi praecipue referentibus admodum vividis insignis, *Precatorius* est, adornatus usui cujusdam Ducum *Austriacorum*, qui fol. 18. p. 2. in prima Icone Sacrificio Missae adeste videtur flexis genibus, et inferne adstituto Scuto gemino, quorum dextrum 5. Aves, quas hic *Aquilas* potius dicas, quam *Alaudas*, exhibet, alterum fasciatum est, ut solet. Atque haec Scuta redeunt fol. 62. Is porro est Ordo Libri: Preces miscellae intermixtis *Psalms*, partim e Latino versae, quarum multae ad susceptionem V. Sacramenti pertinent. *Articuli*, ut inscribuntur, LXV. sive Orationes de Passione Christi autore *Jordano O. Erem. S. Aug.* qui a. 1380. apud nos obiit, in VII. Horas canonicas distributae. Officium Diei paschalis. Multa ex *Anselmo*, *Bernardo*que versa de Passione Domini et B. V. Maria. Officium de Passione Domini, et de ejus Matre, utrumque duplex. Preces ad varios Coelites. Psalmi de *Poenitentia* cum Litanis OO. SS. Atque in his Pietatis Exercitiis plus solidi affectus et faporis est, quam in multis aliis tardius conscriptis. Ampla praeterea seges dictionum antiquatarum pro Glossario *Austriaco*. Ita *Femrig* lamentabilis, *Vermailigt* pollutus, *Sunden* peccare, *Laidigen* offendere, *Vingerl* anulus, *Erbuelung* Refrigerium, *Hailbertichleich* salubriter, *Purd* partus, *Anweigung* tentatio, *Verspurzen* conspuere, *Emplozzen* nudare, *Irrsal* error, *Anpitter* supplex, Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

*Ebenwesen* ejusdem substantiae, *Trachait* acedia, *Drüszel* rostrum, os, *Stockben* compedibus induere &c. Anno 1583. Codex fuit *Magdalenae de Hörberstorff* (Stirpis Styriacae nunc extinctae) natae de *Rattmanstorff*, ut ipsa ad fol. 88. testatur.

## DCCCCXLIV.

Codex membraneus germ. Sec. 69 XV. Folior. 108. f. caractere unciali scriptus et coloribus illustratus est *Collectio variarum Precum*, quarum potiores breviter commemorare visum est. Praecedit *Calendarium*. Januarii dies V. vocatur *Der prebem obent*, XII. *Die ausfuerung gots von egipten*. Februarii I. occurrit *Sand preyd ein ivnchfraw*, IV. *Sand seld ein pischolf*. Idem repetitur XXI. Martii. VII. *Der viertzig ritter tag*, X. *Der viertzik martrer tag*. Ad calcem hujus mensis legitur: *Uermercht. das dy Edel vnd wolgebarnne fraw. fraw Margreth Greffynn ze Kurbaw vnd fraw ze Layfnycz gestarben ist des Sambstags noch vnser lieben frawn Chündung Alsman schreibt von cristi gepuerd XIIIII. Jar darnach in dem ayn vnd tzwaintzigistem jar. Litera dominicalis fuit E. Matrona haec filia fuit *Caroli Torquati* Comitis de *Corbavia* et *Lycka*, uxor *Ladislai Banfii* de *Lofoncz*. Hungarice igitur *Lofoncz* pro *Laysnycz*. Mensis Maji VIII. *Sund Stenzla ein martrer*. XXX. *Sand Selig ein pabst*. Junii XXII. *Der czeben tausent ritter tag*. Julii XV. *Die plant-**

U u

3179

C O D I C E S

3180

*plantzung der tzwelispoten. XXX. Sand lazlos verschiedung. Novembris III. Sand bylarius ein ewangelier (Diaconus) &c. Calendarium sequuntur VII. Psalmi dicti Poenitentiales, quorum singulis una stropha Hymni: Veni creator Spiritus subnexa est, Litaniae majores, ubi inter alia: Daz du dem romischen chayser vnd dem kunig figismund vnd allen christenleichen fuersten mit frid schaffest sein. Ex quo verisimile fit, codicem hunc ante an. 1411. quo Sigismundus ad imperium accessit, exaratum fuisse. Litanias excipiunt prolixae, multis crucibus confeminatae, et variis superstitiosis, ex hebraica, graecaque lingua corruptis vocibus infarctae Benedictiones hoc rubro: Daz ist der Prief den Pabst Leo. kunig karulo sandt. der ist oft vnd dichk pewart. Carolum M. et Leonem III. a maleferiato Fabulatore hic designari arbitror. Saniora sunt, quae sequuntur: Formula Exomologeseos, Missa de B. V. Evangelia S. Iohannis et in die Epiphaniae, Psalmi complures, Symbolum dictum Athanasii, Expositio Orationis dominicae, Passio Christi ex IV. Evangelistis compilata, sed in fine Codicis rursus ad prius furfur reditur. Literae a. e. i. o. u. fol. antepenultimo subsignatae denotant Collectionem hanc successu temporis ad Fridericum III. Imp. devolutam fuisse.*

DCCCCXLV.

Codex chartaceus germ. Sec. 507 XV. Folior. 149. 4. bene scriptus, rubricis distinctus, olimque Leonbardi Gruber, tum Monasterii B. V. M. Scotorum Viennae Sequentia continet: I. Pias Meditationes in VI. Nomina, quae Corpori Domini tribuuntur, videlicet: Eucharistia, Donum, Cibus, Communio, Sacrificium et Sacramentum. Initium: Als wir lesen in püchern das der vron leichnam gotes den er zu einer speis bat gemacht seinen chinden Sechs namen babe durch die manichualtigen vnd unczelleichen gnade die an derselben speis leit &c. Ultima Meditatio ceteris prolixior est; ad contemplanda enim divinae Naturae Adtributa digreditur. Veram porro omnes pietatem spirant, nec absonis Allegoriis indulgent.

II. fol. 78. succedunt ejusdem ignoti Autoris Meditationes III. de Oratione, de Amore Dei et Proximi, et de Rerum caducarum vanitate. Initium primae: Unser getrewer vnd lieber schulmaister christus, der bat vns selb gelernt wie vnser gepet soll geschickt seyn &c.

III. fol. 92. p. 2. Versio germanica Hymni: Lauda Sion Salvatorem &c. cum subjuncto singulis Strophis commentariolo. Initium Hymni: Syon lob den bailant, lob den fürsten vnd den Herter &c. Glossae: Syon bedextet einen spiegel &c.

IV. fol. 95. Dialogus Rationis et Conscientiae de modo et frequen-